

Resp. O. Ens est verum *transcendentali-*
ter, scilicet est major intelligenda. Qvum
autem conclusio *absolutè & simpliciter in-*
fertur, manifestum deprehenditur vitium.
Danbauerus.

18. *Qui theses tuas, theses appellat is ve-*
rum dicit :

Qui theses tuas falsas esse dicit, is eas ap-
pellat theses :

E. qui theses tuas falsas appellat, is verum
dicit.

Resp. Major *simpliciter accepta* est vera,
sed falsa, si secundum quid, & cum additio-
ne falsitatis theses accipientur.

19. *Qui dicit, te esse animal, verum dicit :*

Qui dicit te esse asinum, dicit te esse a-
nimal :

E. qui dicit te esse asinum, verum dicit.

Resp. Syllogismus quatuor laborat termi-
nis. Vox enim *animal* in *majore* sumitur
indeterminate, ita ut sit sensus: *qui dicit*
te esse animal indeterminate &c. qvo in
sensu ipsa etiam vera est. In *minore* au-
tem non sumitur hoc modo, sed potius